

## Reden aus der Zeit von 62-52 II: Pro Milone (52)

### I. Brevis repetitio latina: Das Plädoyer für Caelius: Gerichtskomödie und/oder Sittenspiegel?

#### a) Quintilians Urteil und die Kritik bei Stroh 1975, 271:

Quint. inst. 5,13,30

*Artificis autem est inuenire in actione aduersarii quae inter semet ipsa pugnent aut pugnare uideantur, quae aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt, ut in causa Caeliana Clodia aurum se Caelio commodasse dicit, quod signum magnae familiaritatis est, uenenum sibi paratum, quod summi odii argumentum est.*

Cic. Cael. 31

*Horum duorum criminum video auctorem, video fontem, video certum nomen et caput.*

*Auro opus fuit; sumpsit a Clodia, sumpsit sine teste, habuit quamdiu voluit.*

*Maximum video signum cuiusdam egregiae familiaritatis.*

*Necare eandem voluit; quaesivit venenum, sollicitavit servos, potionem paravit, locum constituit, clam attulit.*

*Magnum rursus odium video cum crudelissimo discidio exstitisse.*

*Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cum Clodia, muliere non solum nobili verum etiam nota; de qua ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa.*

### II. Cicero als Verteidiger im Mordprozess gegen Milo

#### a) Hintergründe des Prozesses

Die Tat: Mord auf der Via Appia am 18. Januar 52 v. Chr.

Die Vorgeschichte: Bandenkrieg und Straßenkämpfe seit 58 v. Chr.

Der Mordprozess (*de vi*) am 4. April 52 v. Chr.; weitere Prozesse *de ambitu*, *de sodaliciis*

Ciceros Plädoyer: Mündlicher Vortrag und schriftliche Aufbesserung

Milos Verurteilung (im Mordprozess mit 38 gegen 13 Stimmen) und Exil in Massilia

#### b) Stimmen zu Ciceros Miloniana

i) Q. Asconius Pedianus (ca. 10 v. – 76 n. Chr.), Komm. zu Pro Milone (54-57 n. Chr.)

*Cicero cum inciperet dicere, exceptus <est> acclamatione Clodianorum, qui se continere ne metu quidem circumstantium militum potuerunt. Itaque non ea qua solitus erat constantia dixit. Manet autem illa quoque excepta eius oratio: scripsit vero hanc quam legimus **ita perfecte ut iure prima haberi possit.***

ii) Quint. inst. 4,2,25-26

*Nam cum prohoemium idcirco comparatum sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat **conciliator docilior intentior**, et probatio nisi causa prius cognita non possit adhiberi, protinus iudex notitia rerum instruendus uidetur.*

*Sed hoc quoque interim mutat condicio causarum, nisi forte M. Tullius **in oratione pulcherrima quam pro Milone scriptam reliquit** male distulisse narrationem uidetur tribus praepositis quaestionibus, aut profuisset exponere, quo modo insidias Miloni fecisset Clodius, si reum, qui a se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam praeiudicio senatus damnatus esset Milo, aut si Cn. Pompeius, qui praeter aliam gratiam iudicium etiam militibus armatis cluserat, tamquam aduersus ei timeretur. Ergo hae quoque quaestiones uim prohoemii optinebant, cum omnes iudicem praepararent.*

### c) Disposition der Miloniana

#### I 1-6 exordium:

1-3 Ungewöhnliche Umstände; die Vorkehrungen des Pompeius richten sich nicht gegen Milo.  
4-5 Aufforderung an die Richter, ohne Furcht die Verdienste Milos und Ciceros zu berücksichtigen.  
6 Angabe des **status** der Verteidigung: **Notwehr**:

**II 7-23 refutatio von drei praeiudicia**, „Vor-urteilen“, die vor dem Prozeß geäußert wurden:

7-11 1. praeiudicium: Jeder, der gesteht, getötet zu haben, müsse verurteilt werden.  
12-14 2. praeiudicium: Der Senat habe die Ermordung des Clodius als staatsfeindlichen Akt bezeichnet.  
15-23 3. praeiudicium: Das Sondergesetz des Pompeius sei ausdrücklich gegen Milo erlassen worden.  
23 Zusammenfassung; verkürzte *partitio*.

**III 24-31 narratio**; Schlußfolgerung daraus:  
30-31 zweite **partitio: status definitionis**.

#### IV 32-91 argumentatio:

1. 32-37 eigentliche **argumentatio** nach dem status definitionis (Notwehr):  
a) 32-43 **probabilia** (Wahrscheinlichkeit der Schuld des Clodius):  
32-35 **probabile ex causa**; „cui bono?“  
36-43 **probabile ex vita**.  
b) 44-56 signa, argumenta (eigentliche Beweisführung):  
44-51 Zeitpunkt;  
52 Zusammenfassung der bisherigen Beweisführung;  
53 Ort;  
54-56 Aufzug der beiden.  
c) 57-71 **argumentatio ex consequentibus** (Milos Verhalten nach der Tat):  
57-60 Freilassung der Sklaven (**refutatio**);  
61-63 Milos Verhalten nach Clodius' Tod zeigt ein gutes Gewissen;  
64-71 angebliche staatsgefährdende Vorbereitungen Milos; Argwohn und Vorsichtsmaßnahmen des Pompeius.

2. 72-91 sog. **argumentatio extra causam** nach dem **status qualitatis** (Clodius wurde zum Wohle des Staates ermordet):  
72-75 Untaten des Clodius.  
76-78 Milo hat seine Mitbürger vor weiteren schlimmen Verbrechen des Clodius bewahrt.  
78-79 Weder die Richter noch Pompeius würden Clodius wieder ins Leben zurückrufen.  
80-83 Milo würde gestehen, den Clodius absichtlich getötet zu haben, und die Konsequenzen auf sich nehmen.  
83-89 Milo handelte als Werkzeug der Götter.

90-91 Noch der tote Clodius verursachte den Curienbrand, Aufruhr und Blutvergießen.

**V 92-105 peroratio in Form der commiseratio:**

92 Milo fleht in seiner männlichen Haltung nicht um Gnade.

93-95 Milo nimmt, ohne zu klagen, für das Wohl der Mitbürger auch die Verbannung auf sich, wenn ihm seine früheren Verdienste nichts nützen.

96-98 Milo hat die Heimat gerettet; der wahre Lohn dafür, der Ruhm, bleibt ihm.

99-105 Milo verdient Freispruch um Ciceros willen; beider Schicksal ist untrennbar verbunden.

**c) Textbeispiele**

i) Cic. Mil. 1-3

*Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere minimeque deceat, cum T. Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua perturbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse, tamen haec **novi iudici nova forma** terret oculos qui, quocumque inciderunt, veterem consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt. Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat; non usitata frequentia stipati sumus; non illa praesidia quae pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim conlocata sunt, non adferunt tamen oratori terroris aliquid, ut in foro et in iudicio, quamquam praesidiis salutaribus et necessariis saepti sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possimus.*

*Quae si opposita Miloni putarem, cederem tempori, iudices, nec enim inter tantam vim armorum existimarem esse orationi locum. Sed me recreat et reficit Cn. Pompei, sapientissimi et iustissimi viri, consilium, qui profecto nec iustitiae suae putaret esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere, nec sapientiae temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare.*

*Quam ob rem illa arma, centuriones, cohortes non periculum nobis, sed praesidium denuntiant, neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo simus hortantur, nec auxilium modo defensionis meae verum etiam silentium pollicentur.*

*Reliqua vero multitudo, quae quidem est civium, tota nostra est, nec eorum quisquam quos undique intuentis, unde aliqua fori pars aspici potest, et huius exitum iudici exspectantis videtis, non cum virtuti Milonis favet, tum de se, de liberis uis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat.*

ii) Cic. Mil. 28-29: Narratio: Dramatisches Zusammentreffen auf der Via Appia

*Obviam fit ei Clodius, expeditus, in equo, nulla raeda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod numquam fere: cum hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in raeda, paenulatus, magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.*

*Fit obviam Clodio ante fundum eius hora fere undecima aut non multo secus.*

*Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum; adversi raedarium occidunt. Cum autem hic de raeda reiecta paenula desiluisset seque acri animo defenderet, illi qui erant cum Clodio gladiis eductis, partim recurrere ad raedam ut a tergo Milonem adorirentur, partim, **quod hunc iam interfectum putarent**, caedere incipiunt eius servos qui post erant; ex quibus qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad raedam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent, fecerunt id servi Milonis – dicam enim aperte non derivandi criminis causa, sed ut factum est – nec imperante nec sciente nec praesente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.*